

A Pollionem accufatore suum circumventum in foro Casaris, imponi se supra cippum iussit...

L. Actus Poeta brevis statura, statum tamen sibi, aede Camoanarum Romae, maxima forma posuit.

M. Tul. Cicero Quintum fratrem ac Lentulum habebat generum, homunciones pusille admodum staturae...

Afinius Gallus, Drusi frater uterinus, et si Claudio Augusto infidatus esset, non tamen extremo supplicio...

In oppugnatione Hierosolymorum Titus milites suos hortatus est, ut Antoniam artem munificentissimam caperent.

Etate Jamblichii vixit Alypius Alexandrinus, in dialecticis exercitissimus, philosophus insignis, corpusculeo...

Pipinus Childerico Francorum rege fugato, qui in praetorij praefectum ex Austrasia migrans creatus est...

Dedita a Gothis Ravenna, Belisarius cum exercitu Ravennam contendens, naves frumento et rebus necessariis oneratas...

Edgarus Britannorum rex statura pusillus, Rinandum Scotorum regem, statura parvitate sibi exprobrantem...

Characus corpore pusillus, Saladini Sultani consiliarius prudentissimus.

Galeacius Gonzaga, statura pusillus, superavit in singulari certamine gigantea statura Bucicaldum Gallum...

Bartolus Iurecossil. Neotericorum princeps, statura corporis mediocri fuit.

Quere Tit. Parvi, Pusilli, Pygmaei. Breve, ut est forma scripturae. Vide in loco de Scripturae, Tit. Genera Scripturarum.

Bruta. Circa Bruta, multa sunt discutienda: verum cum ea variis titulis inferantur, prout vel eorum est natura...

dam Brutis accommodata reperiet. Videat etiam Domitios Eferarum: & tit. de Temperantia, Inimicitia, Sepulchris, & Pompis funebribus, ac Epitaphiis.

Britannorum Duces Fortes. Vide Belli. REGES. Quere locum de Magistratu. Sive de Regibus. LEGISLATORES. Vide Lex, Legislatores. RESPUBLICA. Consule titulum de Politia.

Bruchorum Divinatio. Quere Divinationo.

* Bubali. UBI EORUMQUE FEROCITAS.

Ubalorum, quos & Bufalos vocamus, nomen antiquis incognitum fuit: an boves sylvestres appellaverint hoc animal, disputatur.

In Italia propè Neapolim magna Bubalorum frequentia cernitur in sylvis, pratis, & agris: eorumque usus ad arata & currus vehendos.

Irritantur autem & efferrantur, si rubeus color illis obijcatur. Unde monentur illi, qui eas regiones peragrunt, ubi inter medios bufalos incedendum est.

Plinio hoc animal Bisontes vocatur. Et memorabile est, quod Scriptura, ubi mensae sumptuosae Salomonis meminit, juxta Josephi historiam eadem tradentis.

E lacte femellarum, sive Bubularum, caseum Itali faciunt, quem in deliciis habent. Carnes sunt durae concisionis, & dulcore suo insipidae.

* Bubo. A VIS INFAUSTA.

Ubonem infaustam avem; & funebrem Plinius appellat. Deferat etiam remotissima incolit, noctis monstrum: non canit, sed sibilat, & ululat instar canum, aliis avibus infidiatur.

Inter prodigia, quae mortem Commodi Antonini Imp. praecesserunt, etiam hoc referunt, Bubonem supra cubiculum ejus deprehensum tam Romae, quam Lanuvii.

Amian. Marcellin. refert inter prodigia, quae mortem Valentiniani Imp. praenunciabant, bubonem culminibus regii lavacri insidentem, occidentemque funebria, nullis sagittis lapidibusque cadere potuisse.

An. 1543. Herbiopolis circa brumam, ea avis solito frequentior apparuit, & ululatu saepe pestem, quae eo anno subsecuta est, velut praenuntiavit, uti in Annalibus Franciae legitur.

Memo-

A Memorabile est, quod Nicol. a Clamengis, Archidiaconus Bajocensis, in sua disputatione de Concilio generali recenset, de coetaneo suo Balthazare Cossa, qui sub nomine Joann. XXIV. reffe Platina, ad Pontificatum summum pervenerat.

Et mali ominis portentum suspicari: En, inquit unus assidentium, in specie bubonis S. Spiritus adest: cumque ritum tenere vix posset, & pergeret ille Balthazar inveni, turbore suffusus est, solutoque concilio re infecta discessit.

Tartari Asiatici bubonem magno in honore habent, ita ut felices eos censeant, qui pennas eorum galeis aut capitibus gestant. Causa vero est, quod ipsorum Imp. Changius Camus, cum in fuga lili arbutis delibesceret, hostes insensentes fessisset, quod haec avis arbutis illis insideret; unde neminem in latebris suspicabantur.

IN HONORE HABITUS.

Bubulci. CURATORES. Nempè ARMENTORUM, BOVM, VACCARUM. Bubulci.

Apollo privatus deorum ambrosia ob interfectos Cyclopes, pavit armenta Admeti Regis Thesaliam. Tribul. l. c. 2. Ephraim servus bubulcus, Et capienda modum ostendit Lacedaemoniis, cum vidisset arcem omnibus praesidiariis militibus eo effusissimos imbres desertam esse indicasset.

Pharaoortes, Darii cognatus, Susidas portas custodiebat. Alexander vallum munitabat. Extabat oraculum Apollinis, peregrinum Lycum itinere ei contra Persas ducem futurum. Accedit ad Alexandrum bubulcus, messoriam vestem amictus, inquit, Sibi Lyco nomen esse: in circuitu montium occultatum esse vim, quod sylvam continuis arboribus regetetur, sibi vero soli propter boum paucam notam esse.

Tiorum bubulcus miranda fortitudinis, qui cum Milone certavit. Daphnis pastor inter Bucolias clarissimus, Metcurii & Nymphae filius, cui nomen dedere natalia, in lauro enim editum ferunt vaccarum armentum habuit eodem die femine, cuius illa quoque quas Homer. Soli factas esse canit in Sicilia. Adamantum scribitur à Nympha perditissimè: quae ei caecitatis praedixit calamitatem, si amorem suum alterius polleteret consuetudine.

Mithridates, regius Aethyagis Medii bubulcus, uxorem habuit Spaco, sive Cyno, quae Cyrum regem aluit. Miro modo Servati, ex Herod. lib. 1. Mirmillo armentarius, cuius similitudo objecta est Cassio Severo celebri oratori. Plin. lib. 1. Bubulcus servus Vespasiani. Vide tit. Libertas in reprehendendo.

Sacer Martis gladius apud Scytharum reges olim servari solebat, quo quicumque potiretur, ei regnum sperare fas erat. Pastor quidam, quem suam buculam claudicantem offendisset, ut vulnus auctorem detegeret, remissis tioris vestigia le-

git. At ubi ad sanguinei rivuli fontem pervenit, ubi bucula pascebatur, dum humi quareit, Martis enseni invenit, quem bestia forte calcaverat. Effolium hunc protinus ad Atulam Regem Hunnorum detulit. Qui ubi facti numinis munus esse à matre sua intellexit, fortunae suae admodum congratulatus, Bellorum ac caeterarum gentium dominum se per brevi futurum ariolatus est. Bonifacius lib. 13. Dec. 1.

In Franconia circa annum Salutis humanae 1470. tympanista quidam bubulcus, mentibus sanctitatem, cepit andaciam concionandi in Clerum & Principes, quod vita eorum perverfa Deum averteret à populo, nec audiret preces facerdotum, nec reciperet ab illis sacramenta plebi distributa, principes errare, & populo sine causa contra iustitiam telonia & vectigalia imponere, ut utrumque itinerum & aquarum, natura liberum, bellis gravarent. Ea sibi per D. Matium, ut publicaret, esse mandata. Rodolphus Episc. Herbitopolensis abreptum in urbem exussit. Crantz. lib. 12. Metrop. cap. 16.

Mahumetes Avelanagiar, è bubulco à Mauris ad Granatae regnum in Hispania evectus est. Fulg. lib. 7. cap. 10. Tamberlanes Scytharum Rex bubulcus. Vide Tit. Duces, Reges, Imperatores Fortes. Joannes Pater bubulcus toti Germania imponit. Vide Tit. Supe pecunias altute comparare.

* Buccina.

QUID. UNDE DICTA. ET ILLIUS USUS. Buccinam à bubus dictam vul Vatro lib. 4. de lingua Latina, vel à sono boum Donbou, quod bubus canat, bovelque convocet.

Erant autem olim bucinæ corneae, non ex cornu arietino solum, sed ex bubulo etiam. Unde S. Hieron. in c. 5. Offec. Buccina, inquit, Pastoralis est: Pastores enim non arietum, sed boum cornua instant. Ita & Vastro supra. Cornua quae nunc sunt ex aere, tunc ex bubulo fiebant.

Ulus buccinarum apud Judaeos varius. Et quidem Deo dante Moysi Decalogum in monte Sina, clangebat bucinæ, qua convocabantur omnes, ut ad radicem montis accurrerent, audituri legem quam buccina Dei iustitiam instaret, nungantur Judaei fuisse cornu arietis immolati pro Isaac, ab Angelo directum. Verum dicendum est, fuisse sonum in aere per Angelum excitatum, similem buccinae inflatae: quomodo etiam intelligenda est tuba illa, quam Christo ad iudicium veniente cantantur Apostolus describit.

Judaei autem buccina, quae è cornu arietino erat facta, in memoriam substituitur arietis pro Isaac, utebantur in festo Tubarum. Praeter has erant aliae buccinae septem, quarum usus erat in Jubilæo, nec aliis annis eas inflabant, è cornu bubulo. Et habebant insuper tubas argenteas, quibus populum convocabant ad festa.

Graeci & Romani buccinas adhibebant in castris, & praesidis. Hinc Virg. 8. Aeneid. Franco streperunt cornua cantu. Romani etiam noctis vigiliis distinguebant: ita legitur apud veterum quendam: Dederat cum tertia buccina signum.

* Bucentaurus.

Græca dictio est, & magnam navei Centauro insignitam significat. Solebant enim veteres vocem sibi magni rebus praepone, à magnitudine scilicet bovis. Veneti principem suam triremem, qua Heroas vehere solent, & ex qua Dux eorum quotannis cum mari connubium iniri pro Dominice Ascensionis die, maxima cum pompa, (qua caeremonia ibidem jam olim solebatur) vocant Bucentauro, quasi antonomastice, ob splendorem, nam auro omnia resplendent, & molem. Describitur autem à Justiniano in historia Veneta ad hunc qui sequitur modum: Structura ejus subtilis, columnis sique frequentioribus culta, auroque à prota ad puppim praefulgida, hōipitæque insignes, alique eminentioris fortunæ viri, qui ad urbem veniunt, superiori tabulato, collocatum est; ubi principes inter legatos consiliariosque medius subit.

